❋ ¶INDVLTA ALIQVA ❋ Apoſtolica conceſſa ordinibus mendican tibus, pro conuerſione infidelium. & manutentione in fide orthodoxa

*

¶ De communicatione priuilegiorum Ordinum Mendicantium.

¶ADVERTENDVM eſt primo quod Ordines mẽdicantes dicuntur, Ordo fratrum prædicatorum, Ordo fratrum minorum, Ordo Eremitarum Sancti Auguſtini, & Ordo fratrum Carmelitarum. Patet per capitulum Conſtitutionẽ de regularibus in.6. Et ex gloſa. ca. Quorundam de electione. in. 6. Sũt & alij quatuor Ordines mendicantes recenſiores quidem, ſed non minus vtiles Eccleſię Dei. Ordo ſeruorum Beatę Mariæ, Ordo Minimorum, Ordo cõgregationis Sancti Hieronymi Ieſuatorum, Ordo ſocietatis Ieſu de quibus ſigillatim pertractat frater Emanuel Rodericus, to. 1. qq. Regu. & Canonicarũ q. 2. art. 6.7.8. & 9. & q. 55.§. art. 2.3.4. & 5.

¶ 2. Aduertendum ꝙ fratres omnes mendicantes habent interſe priuilegiorum communica